qui misit me et quia hec locutus sum uobis
tristicia impleuit cor uestrum alleluia. E u o u a e.

Deus qui fidelium mentes [collecta]
unius efficis uoluntatis da populis
tuis id amare quod precipis. id deside
rare quod promittis. ut inter mundanas
uarietates ibi nostra fixa sint corda.
ubi uera sunt gaudia. Per. [illegible]

Gloriemur in deo per dominum [illegible]
nostrum ihesum christum. per quem nunc recon
ciliationem accepimus. ubi autem su
perabundauit delictum superabundauit
gratia. Resurrexit dominus.

Xpianam quesumus domine respice plebem.
et quam paschalibus dignatus es reno
uare mysteriis. a temporalibus culpis
dignanter absolue. Per. [illegible]

Pro omnibus mortuus est christus.
ut et qui uiuunt iam non sibi uiuant.
sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurre
xit. Surrexit dominus uere. [collecta]

Repelle quesumus domine conscriptum peccati lege
cyrographum. quod in nobis paschali
mysterio per resurrectionem filii tui ua
cuasti. Qui tecum.

Consepulti sumus cum christo ihesu per
baptismum in mortem. ut quomodo
christus surrexit per gloriam patris. ita
et nos in nouitate uite ambulemus.
si enim complantati facti sumus simi
litudini mortis eius. simul et resur
rectionis erimus.

Deus qui ad eternam uitam in christi
resurrectione nos reparas. imple pi
etatis tue ineffabile sacramentum.
ut cum in maiestate sua saluator
noster aduenerit. quos fecisti baptismo
regenerari. facias beata immortalita
te uestiri. Per. Ad vesperas. capitulum

Crucifixus est christus ex infirmitate.
sed resurrexit nunc uiuens ex uirtute
dei. et nos infirmi sumus in nobis.
sed uiuimus ex illo cum uirtute dei.

V. Mane nobiscum domine. [A.] Ego ueritatem dico
uobis expedit uobis ut ego uadam nisi ego abi
ero paraclytus non ueniet alleluia. E u o u a e.

Deus qui humani generis [collecta]
conditor es et redemptor. da quesu
mus ut reparationis nostre collata sub
sidia te iugiter inspirante sectemur. Per.

Et primus [illegible] feria [illegible]
angelus tuba cecinit. et facta est gran
do et ignis commixta in sanguine.
et missus est in terram. et tertia pars
terre combusta est. et tertia pars
arborum concremata est. et omne fenum
uiride combustum est. Et secundus
angelus tuba cecinit. et tamquam mons
magnus igne ardens missus est in
mare. et facta est tertia pars maris
sanguis. et mortua est tertia pars
creature que habebant animas. et
tertia pars nauium interiit. Et ter
tius angelus tuba cecinit. et cecidit
de celo stella magna ardens tamquam
facula. Et cecidit in tertiam partem
fluminum. et in fontes aquarum. et
nomen stelle dicitur absinthium. Et mul
ti homines mortui sunt de aquis.
que amare facte sunt. Et facta est ter
tia pars aquarum in absinthium. Et quar
tus angelus tuba cecinit. et percussa est